



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput II. Arcentur a Sacris Ordinibus, qui non habent, unde vivere possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A C 1562.

„laudabilis consuetudo, nihil accipien-  
 „di, pro singulis literis dimissoriis, aut  
 „testimonialibus, decimam tantum u-  
 „nius aurei partem accipere possint,  
 „dummodo eis nullum salarium sit con-  
 „stitutum pro officio exercendo: nec  
 „Episcopis ex Notarii commodis ali-  
 „quod emolumentum ex eisdem Ordi-  
 „num collationibus directe, vel indire-  
 „cte provenire possit: tunc enim gra-  
 „tis operam suam eos præstare, o-  
 „mnino teneri, decernit: contrarias ta-  
 „xas, ac statuta, & consuetudines, e-  
 „tiam immemorabiles, quorumcunque  
 „locorum (quæ potius abusus, & cor-  
 „ruptelæ simoniacæ pravitati faventes,  
 „nuncupari possunt,) penitus cassando  
 „& interdicendo, & qui secus fecerint,  
 „tam dantes, quam accipientes, ultra  
 „divinam ultionem pœnas a jure infli-  
 „ctas ipso facto incurrant.

CAPUT II.

*Arcentur a sacris Ordinibus, qui non ha-  
 bent, unde vivere possunt.*

„Cum non deceat eos, qui divino Mi-  
 „nisterio adscripti sunt, cum Ordi-  
 „nis dedecore mendicare, aut sordi-  
 „dum aliquem questum exercere, com-  
 „pertumque sit, complures plerisque in  
 „locis ad sacros Ordines nullo fere de-  
 „lectu admitti, qui variis artibus, ac fâl-  
 „lacius

**Sæcul. XVI.** „laciis confingunt, se beneficium Eccle-  
**A C. 1562.** „siasticum, aut etiam idoneas facultates  
 „obtinere, statuit sancta Synodus,  
 „ne quis deinceps clericus sæcularis  
 „(quamvis alias sit idoneus moribus,  
 „scientia, & ætate) ad sacros Ordines  
 „promoveatur, nisi prius legitime con-  
 „stet, eum beneficium Ecclesiasticum,  
 „quod sibi ad victum honeste sufficiat,  
 „pacifice possidere: id vero beneficium  
 „resignare non possit, nisi facta men-  
 „tione, quod ad illius beneficii titulum  
 „sit promotus: neque ea resignatio ad-  
 „mittatur, nisi constito, quod aliunde  
 „vivere commode possit, & aliter facta  
 „resignatio nulla sit. Patrimonium ve-  
 „ro, vel pensionem obtinentes ordinari  
 „posthac non possint, nisi illi, quos E-  
 „piscopus judicaverit, assumendos pro  
 „necessitate, vel commoditate eccle-  
 „siarum suarum: eo quoque prius per-  
 „specto, patrimonium illud, vel pen-  
 „sionem vere ab eis obtineri, taliaque esse,  
 „quæ eis ad vitam sustendendam sa-  
 „tis sint, atque illa deinceps sine licen-  
 „tia Episcopi alienari, aut extingui,  
 „vel remitti nullatenus possint, donec  
 „beneficium Ecclesiasticum sufficiens  
 „sint adepti, vel aliunde habeant, unde  
 „vivere possint, antiquorum Canonum  
 „pœnas super his innovando. „

CAPUT